Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8200
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



torum omnium sanatis uulneribus
corda nostra in amore nominis tui
sanctissimi uulnerentur. Ut tibi
compassi tibi comor. Vt s. Ad Nonam

O lumen celi o lumen indeficiens
et inextinguile o dulcedo o inestima-
bilis o sapientia inscrutabilis o pulchri-
tudo et letitia medicinalis. o fons uite
o fons sapientie et intellectus: o fons et
origo omnium inchoatio et consumatio
omnium bonorum o fons omnis dulce-
dinis pietatis et ueritatis o fons omnis
gratie ueri amoris et omnis beatitudi-
nis. Hora diei nona tu Iesu fortissime
et potentissime omnes uires tuas consu-
sisti in mortis supplitio perdurando et
in cruce persistendo. Et cum cor tuum

15